

LEONIS SCRIPTUM AD FLAVIANUM EPISCOPUM, CONTRA EUTICETIS
PERFIDIAM

I. Quod ignorantia sanctorum scripturarum Euticen hereticum fecerit.

5 II. Contra eos, qui in duos filios dispensationis dominicae ministerium scindere
moliuntur.

III. Contra eos, qui passibilem divinitatem unigeniti filii audeant asserere.

III. Contra eos, qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem
argumentantur.

10 V. Contra eos, qui caeleste aut alterius cuiuscumque substantiam existere for-
mam servi, quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt.

VI. Contra eos, qui duas quidem ante adunationem naturas domini delirant,
unam vero post adunationem confingunt.

DILECTISSIMO FRATRI FLAVIANO, LEO.

15 Lectis dilectionis tuae litteris, quas miramur fuisse tam seras, sed et gestorum
episcopalium ordine recenseto tandem quid apud vos scandali contigerit atque
contra integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus et quae prius videbantur
occulta, nunc nobis reserata patuerunt, quibus Eutices, qui presbiterii nomine
20 honorabilis videbatur, multum imprudens et nimis imperitus ostenditur, ut etiam
de ipso dictum sit a propheta: Noluit intellegere, ut bene ageret, iniquitatem me-
ditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius quam impia sapere, et sapientiori-
bus doctioribusque non cedere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad
agnoscendam veritatem aliquo impediuntur obstaculo, non ad propheticas voces,
non ad apostolicas litteras nec ad evangelicas, sed ad semetipsos recurrunt, et
25 ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Quam enim
eruditionem de sacris Novi et Veteris Testamenti paginis adquisivit, qui nec ip-
sius quidem symboli initia comprehendit, et quod per totum mundum omnium
regenerandorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur?

229r

30 Nesciens igitur quid deberet de verbi dei in incarnatione sentire, nec volens ad
promerendum lumen intellegentiae in sanctarum scripturarum latitudine labo-
rare, illam saltem communem et indiscretam confessionem sollicito recepisset
auditu, quam fidelium universitas profitetur credere se in Deum patrem omni-
potentem et in Iesum Christum filium eius, qui natus est ex spiritu sancto, ex Maria
virgine, quibus tribus sententiis omnium fere hereticorum machine destruuntur.
35 Cum enim deus et omnipotens et pater creditur, consemperiternus eidem filius de-
monstratur, in nullo a patre differens, quia de deo deus, de omnipotente omni-
potens, de aeterno natus est coaeternus, non posterior tempore, non inferior po-
testate, non dissimilis gloria, non divisus essentia. Idem vero sempiterni genitoris
unigenitus sempiternus natus est de spiritu sancto ex Maria virgine, quae nativi-

4 dispensationis] corrected from dispensationes ministerium] erroneously, misnisterium (misterium
W411, VI341) 19 de ipso] added in margin 21 doctioribusque] corrected from doctoribusque

19–20 Noluit ... suo: Ps. 35.4

1 SCRIPTUM: RESCRIPTUM H 9 caeleste: caelestem H 14 sed: Ps. Isidore 17 quibus: The
beginning of c. 1 in H 23 evangelicas: evangelicas auctoritates H 28 in: H omits 30 illam: The
beginning of c. 2 in H 32 ex¹: de H ex²: Ps. Isidore: et H

tas temporalis illi nativitati divinae et sempiternae nihil minuit, nihil contulit, sed
totum reparandum homini, qui erat deceptus, impendit, ut mortem vinceret, et
diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim posse-
mus superare peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, et
suam faceret, quem nec peccatum contaminare nec mors potuit detinere. Concep-
tus quippe est de spiritu sancto intra uterum virginis matris, quae illum ita salva
virginitate edidit, quemadmodum salva virginitate concepit. Sed si de hoc Chris-
tiane fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia sple-
ndorem perspicue veritatis obcecatione sibi propria tenebrarat, doctrine evange-
licae se subdidisset, dicente Mattheo: Liber generationis Iesu Christi filii David
filii Habraham; apostolicae quoque praedicationis expetisset instructum, legens
in epistola ad Romanos: Paulus servus Iesu Christi vocatus apostolus segregatus
in evangelium dei, quod ante promisserat per prophetas suos in scripturis sanctis
de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem; ad propheticas
quoque paginas piam sollicitudinem contulisset, inveniens promissionem Dei ad
Abraham dicentis: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ne de huius semi-
nis proprietate dubitaret, secutus fuisset apostolum dicentem: Abrahae dicte sunt
promissiones et semini eius. Non dicit: Et seminibus quasi in multis, sed quasi in
uno, et semini tuo quod est Christus. Isaiae quoque praedicationem interiori app-
raehendisset auditu, dicentis: Ecce virgo in utero accipiet et pariet filium, et vo-
cabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Eiusque
prophetae verba fideliter legisset: Puer natus est nobis, filius datus est nobis,
cuius potestas super humeros eius, et vocabunt nomen eius, magni consilii ange-
lus, admirabilis, consiliarius, deus, fortis, princeps pacis, pater futuri saeculi:
nec frustratoriae loquens ita verbum diceret carnem factum, ut editus utero virgi-
nis Christus haberet formam hominis, et non haberet materni corporis veritatem.
An forte ideo putavit dominum nostrum Iesum Christum non nostrae esse natu-
rae, quia missus ad beatam Mariam angelus, ait: Spiritus sanctus superveniet in
te, et virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te sanctum, voca-
bitur filius dei: et quia conceptus divini fuit operis, non de natura concipientis
fuerit caro concepti? Sed non ita nobis intellegenda est illa generatio singulariter
mirabilis et mirabiliter singularis, ut per novitatem creationis proprietatem remota
sit generis. Fecunditatem enim virginis spiritus sanctus dedit, veritas autem cor-
poris sumpta de corpore est, et aedificantem sibi sapientia domum, verbum caro
factum est et habitavit in nobis. Hoc est in ea carne, quam suscepit ex homine, et
quam spiritus vitae rationalis animavit.

II. SALVA IGITUR PROPRIETATE UTRIUSQUE naturae et in unam coeunte
personam, suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate
mortalitas, et ad resolvendum conditionis nostrae debitum, natura inviolabilis

39 contulit] corrected from tulit 47 tenebrarat] corrected from tenebrabat 73 Hoc] corrected from
Haec 76 suscepta] corrected from susceptam

48–49 Liber ... Habraham: Matt. 1.1 50–52 Paulus ... carnem: Rom 1.1–3 54 In ... gentes: Gen.
22.18 55–57 Abrahae ... Christus: Gal. 3.16 58–59 Ecce ... Deus: Is. 7.44 60–62 Puer ... saeculi:
Is. 9.6 66–68 Spiritus ... dei: Luke 1.35 72–73 verbum ... nobis: John 1.14

41–42 possemus superare: superare possemus H 48 se subdidisset: Ps. Isidore: subdidisset H, but
subdidisset set W411 49 legens: et legens H, but elegens W411 54 Et: Ps. Isidore 59 Eiusque: Ps.
Isidore: Eiusdemque H 60 verba fideliter: fideliter verba H 69 ita nobis: Ps. Isidore: ita a nobis
H 72 aedificantem: aedificante H 74 spiritus: Ps. Isidore: spiritu H 75 II: III H

naturae est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator dei et hominum homo Christus Iesus et mori posset ex uno, et mori non
 80 posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaue natura, verus natus est deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quae in nobis ab initio creator condidit, et quae reparanda suscepit; nam illa, quae deceptor intulit et homo deceptus admisit, nullum habuerunt in salvatore vestigium; nec quia com-
 85 munionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam servi sine sorde peccati, humana aogens, divina non minuens, quia exinanitio illa, qua se invisibilis visibilem praebuit et creator ac dominus omnium rerum unus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma dei fecit hominem, idem in
 90 forma servi factus est homo; tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura, et sicut forma servi dei formam non ademit, ita forma dei servi formam non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus hominem, sua fraude deceptum, divinis caruisse muneribus; et immortalitatis dote nudatum, duram mortis subisse sententiam, seque in malis suis quoddam de praevaricatoris consortio invenisse solatium, deum quoque iustitiae exigente ratione erga hominem, quem tanto ho-
 95 nore condiderat, propriam mutasse sententiam, opus fuit secreti dispensatione consilii, ut incommutabilis deus, cuius voluntas non potest sua benignitate privari, primam erga nos pietatis suae dispensationem sacramento occultiori compleret et homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam contra dei propositum non periret.

229v

100 III. INGREDI ERGO HAEC MUNDI INFIMA filius dei de celesti sede descendens et a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis visibilis apparuit in nostris; inconprehensibilis voluit comprahendi; ante tempora manens esse coepit ex tempore; universitatis dominus servilem formam obumbrata maiestatis suae immensitate suscepit;
 105 impassibilis deus non dedignatus est homo esse passibilis et immortalis mortis legibus subiacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas concupiscentiam nescivit, et carnis materiam ministravit. Assumpta est de matre domini natura, non culpa, nec in domino Iesu Christo ex utero virginis genito, quia nativitas est mirabilis; ideo nostrae est naturae dissimilis. Qui enim verus
 110 est deus, idem verus est homo. Et nullum est in hac unitate mendacium, dum invicem sunt et humilitas hominis et altitudo deitatis. Sicut enim deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, et carne exequente, quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis. Et sicut verbum ab aequalitate paternae gloriae non recedit, ita
 115 caro naturam nostri generis non relinquit. Unus enim idemque est, quod sepe dicendum est, vere filius dei et vere filius hominis: deus per id quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum, homo per id quod verbum caro factum est et habitavit in nobis; deus per id quod omnia per ipsum

78 passibili] corrected from passibilis 86 quia] corrected from Qua exinanitio] corrected from ex in a vitia 87 inclinatio] erroneously, indinatio 104 immensitate] corrected from immensitatis 105 esse] added above line 106 inviolata] corrected from inviolatas 109 est¹] corrected from est

79 mediator ... Iesus: I Tim. 2.5

97 occultiori: occultiore H 100 III: IIII H INGREDI: Ingreditur H 102 apparuit: Ps. Isidore: factus est H, visibilis apparuit om. W411 117 filius hominis: hominis filius H (filius omitted in W411)

facta sunt et sine ipso factum est nihil, homo per id quod factus est ex muliere, 120
 factus sub lege. Nativitas carnis manifestatio est humane naturae, partus virginis
 divinae est virtutis inditium. Infantia parvuli ostenditur humilitate cunarum; ma-
 gnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimentis hominum,
 quem Herodes impius molitur occidere; sed dominus est omnium, quem magi
 gaudentes suppliciter veniunt adorare. Iam cum ad praecursoris sui Iohannis 125
 baptismum venit, ne lateret quod carnis velamine divinitas tegetur, vox patris
 de caelo intonans dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacuit.
 Quem itaque sicut hominem diaboli temptat astutia, eidem sicut deo angelica
 famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, evidenter humanum
 est; sed quinque panibus quinque milia hominum saturare, et largiri Samaritanae 130
 aquam vivam, cuius haustus bibenti praestat, ne ultra iam sitiatur, supra dorsum
 maris plantis non subsidentibus ambulare, et elationes fluctuum increpata tem-
 pestate consternere, sine ambiguitate divinum est. Sicut ergo, ut multa praete-
 ream, non eiusdem naturae est flere miserationis affectu amicum mortuum, et
 eundem remoto quadriduanae aggere sepulture ad vocis imperium excitare redi- 135
 vivum; aut in cruce pendere, et innocentem luce conversa omnia elementa treme-
 facere; aut clavis transfixum esse, et paradisi portam fidei latronis aperire—ita
 non eiusdem naturae est dicere: Ego et pater unum sumus, et dicere: Pater maior
 me est. Quamvis enim in domino Iesu Christo dei et hominis una persona sit,
 aliud tamen est unde in utroque communis est contumelia, aliud unde communis 140
 est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est aequalis
 cum patrae divinitas.

III. PROPTER HANC ERGO UNITATEM PERSONAE in utraque natura intel-
 legendam et filius hominis legitur descendisse de caelo, cum filius dei carnem de
 ea virgine de qua est natus assumpserit, et rursus filius dei crucifixus dicitur ac 145
 sepultus, cum haec non in divinitate ipsa, qua unigenitus consemperiternus et con-
 substantialis est patri, sed in naturae humanae sit infirmitate peressus. Unde
 unigenitum dei filium crucifixum et sepultum omnes etiam in simbolo confitemur,
 secundum illud apostoli dictum: Si enim cognovissent, numquam dominum mai- 150
 estatis crucifixissent. Cum enim ipse dominus noster atque salvator fidem disci-
 pulorum suis interrogationibus erudiret: Quem me, inquit, dicunt homines esse
 filium hominis? Cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent: Vos, ait,
 quem me dicitis esse? Me utique, qui sum filius hominis, et quem in forma servi
 atque in veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis? Ubi beatus Petrus divini- 155
 tus inspiratus et confessione sua omnibus gentibus profuturus: Tu es, inquit,
 Christus filius dei vivi. Nec inmerito beatus est pronuntiatus a domino et a princi-
 pali petra soliditatem et virtutis traxit et nominis, qui per revelationem patris
 eundem et dei filium est confessus et Christum, quia hunc horum sine alio re-

122 ostenditur] corrected from ostendite 127 conplacuit] corrected from conplait 129 lassescere]
 las*sescere 131 dorsum] corrected from drorsum 152 ait] first letter corrected 158 dei ...
 confessus] corrected from dei est confessus filium

149–150 Si ... crucifixissent: 1 Cor. 2.8 151–152 Quem ... hominis: Matt. 16.13 152–153 Vos ... esse:
 Matt. 16.15 155–156 Tu ... vivi: Matt. 16.16

124 impius: Ps. Isidore: impie H, impii W411 125 gaudentes ... veniunt: gaudent suppliciter H (lacks
 veniunt) 130 saturare: Ps. Isidore: satiare H (saciar W411): saturare is also the reading of the
 Dionysiana Aucta 132 subsidentibus: Ps. Isidore: desidentibus H, sedentibus W411 143 III: V H
 (W411 omits chapter number) 148 dei filium: filium dei H 150 enim: autem H

ceptum non proderat ad salutem, et aequalis erat periculi dominum Iesum Chris-
 tum aut deum tantummodo sine homine aut sine deo solum hominem credidisse.
 160 Post resurrectionem vero domini, quae utique veri corporis fuit, quia non alter
 est resuscitatus quam qui fuerat crucifixus et mortuus, quid aliud quadraginta
 dierum mora gestum est, quam ut fidei nostrae integritas ab omni caligine
 mundaretur? Conloquens enim cum discipulis et cohabitans et convescens, et
 165 pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis quos dubietas perstringebat
 assensum admittens; ideo et clausis ianuis ad discipulos introibat, et flatu suo
 dabat spiritum sanctum, et donato intelligentiae lumine sanctarum scripturarum
 occulta pandebat, et rursus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, et omnia re-
 centissime passionis signa demonstrabat dicens: Videte manus meas et pedes
 170 quia ego sum; palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me
 videtis habere, ut agnosceretur in eo proprietates divinae humanaeque naturae
 individua permanere, et ita sciremus verbum non hoc esse quod carnem, et unum
 dei filium et verbum confiteremur et carnem. Quo fidei sacramento Eutices iste
 175 nimium aestimandus est vacuus, qui naturam nostram in unigenito dei nec per
 humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnovit, nec sententiam
 beati apostoli et evangelistae Iohannis expavit dicentis: Omnis spiritus, qui confi-
 tetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est; et omnis spiritus, qui soluit
 Iesum, ex deo non est, et hic est antichristus. Quid autem est solvere Iesum, nisi
 humanam ab eo separare naturam, et sacramentum, per quod unum salvati su-
 180 mus, impudentissimis evacuare figmentis? Caliginans vero circa naturam corpo-
 ris, necesse est ut etiam in passione eius eadem obcecatione desipiat. Nam qui
 crucem domini non putat falsam, et susceptum pro mundi salute supplicium
 verum fuisse non dubitat; cuius credit mortem, agnoscat et carnem. Nec diffi-
 teatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem, quoniam neg-
 185 gatio vere carnis negatio est etiam corporeae passionis. Si ergo Christianam
 suscipit fidem, et a praedicatione evangelii suum non avertit auditum, videat
 quae natura transfixa clavibus pependit in crucis ligno et aperto per militis lan-
 ceam latere crucifixi intellegat unde sanguis et aqua fluxerit, ut aecclesia dei et
 lavacro rigaretur et poculo. Audiat et beatum Petrum apostolum praedicantem
 190 quod sanctificatio spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi, nec transito-
 riae legat eiusdem apostoli verba dicentis: Scientes quod non corruptibilibus
 argento et auro redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis,
 sed praetioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Iesu Christi. Beati
 quoque apostoli Iohannis testimonio non resistat dicentis: Et sanguis Iesu Christi
 195 filii dei, mundat nos ab omni peccato; et iterum: Haec est victoria quae vincit
 mundum, fides nostra, et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Ie-
 sus est filius dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus, non in
 aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam

164 cum discipulis] corrected from codiscipulis 167 sanctarum] corrected, perhaps from sancti
 rum 173 confiteremur] corrected from confitem 181 desipiat] corrected from dissipat 186 suscipit]
 corrected from suscepit 187 transfixa] **transfixa 195 mundat] corrected from maindat

169–171 Videte ... habere: Luke 24.39 176–178 Omnis ... antichristus: 1 John 4.2-
 3 190 sanctificatio ... Christi: 1 Pet. 1.2 191–193 Scientes ... Christi: 1 Pet. 1.18-19 194–195 Et ...
 peccato: 1 John 1.7 195–200 Haec ... sunt spiritus: 1 John 5.4-8

164 et²: atque H 166 assensum: Ps. Isidore: not in H 169 demonstrabat: Ps. Isidore; monstrabat H
 (W411 omits this entire passage) 180–181 corporis: corporis Christi H 181 qui: Ps. Isidore: si H

Christus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant: Spiritus, aqua et sanguis; et tres unum sunt—spiritus utique sanctificationis et sanguis redemptionis et aqua baptismatis, quae tria unum sunt et individua manent, nihilque eorum a sua conexione seiungitur, quia ecclesia catholica hac fide vivit, hac proficit, ut in domino Iesu Christo nec vera sine divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas. 200

V. CUM AUTEM AD INTERLOCUTIONEM EXAMINIS vestri Eutices responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante adunationem; post adunationem vero, unam naturam confiteor, miror tam absurdam tamque perversam professionem nulla iudicantium increpatione reprehensam et sermonem nimis insipientem nimisque blasphemum ita omissum, quasi nihil quid offenderet, esset auditum, cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus dei filius fuisse dicatur, quam nefariae postquam verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod non Eutices ideo vel recte vel tolerabiliter aestimet dictum, quia nulla est vestra sententia confutatum, dilectionis tuae igitur diligentiam commonemus, frater karissime, et si per inspirationem misericordiae dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur. Qui quidem, sicut gestorum ordo patefecit, bene coeperat a sua persuasione discedere, cum ex vestra sententia coartatus profiteretur se dicere, quod antea non dixerat, et ei fidei adqui- scere cuius prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluis- set praebere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua permanere perfidia dignumque esse qui iudicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque utiliter dolet, et quam recte mota sit episcopalis auctoritas vel se recognoscat, vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia, quae ab eo male sunt sensa, viva voce et praesenti subscriptione dampnaverit, non erit repraesentabilis erga correctum quantacumque miseratio, quia dominus noster verus et bonus pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, et qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos vult esse suae pietatis, ut peccantes quidem iustitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa dampnatur. 205 210 215 220 225 230

230v

Ad omnem vero causam piae ac fideliter exsequendam, fratres nostros Iulianum episcopum et Renatum presbiterum tituli sancti Clementis sed et filium meum Ilarum diaconum vice nostra direximus, quibus Dulcittium notarium nostrum, cuius nobis fides est probata, sociavimus, confidentes adfuturum divinitatis auxilium, ut is, qui erraverat, dampnatus, a sensus sui pravitate salvetur. 235

206 dicens] erroneously, duens (u perhaps expunged: failed correction to dicens?); in margin: rebellans, repugnans vel vincens. 209 insipientem] insipientem 215 perducitur] perducitur causa before correction (causa 216 Qui] corrected from Quae 221 condemnationis] erroneously, condemnationis 222–223 se recognoscat] corrected obscurely, perhaps, ut sero cognoscat 223 satisfactionis] corrected from satisfactionem quae] corrected from qua est 224 praesenti] corrected from praesentis dampnaverit] corrected from dampnaverint

199 Christus: spiritus H, but Christus W411 Spiritus: Ps. Isidore: Spiritus et H 203 nec¹ ... sine¹: vera nec sine H 205 V: VI H; number omitted in W411 207 adunationem vero: vero adunationem H 209 nimisque blasphemum: not in H (or W411) or the broader Pseudo-Isidorian tradition excepting N442: likely taken from Paris 11611 or the Quesnelliana. quid: quod H 212 non: ne H 213 est vestra: vestra est H 220 permanere: manere H 222–223 se recognoscat: sero cognoscit H; se recognoscet W411 235 dampnatus a: damnata H (with W411)

Data Id. Iun. Asterio et Protogene vv. cc. Era CCCC LXXX VI.